NICOLAUS DE LYRA

Österreich (Admont ?), 3. Viertel 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25882
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Cap. xiiii.

humilieris i ad stulticiam deici
aris per errorem Noli esse humilis
i pusillanimis In sapientia a deo
tibi data ne humiliatus i pusil
lanimis factus in stulticiam sedu
caris veritatem relinques pro fal
sitate verbis compositis colora
ta Et quoniam homo confidens de
dei adiutorio potest securius agere
quam ante Ideo consequenter ostendit qua
liter se habere possit cum diuite et
potenciore scilicet non se ingerendo nec
se nimis elongando loquendo
reuerenter et caute se habendo et hoc
est quod dicitur Aduocatus a po
tenciore discede i aliqualiter ex
cusa te Ex hoc enim magis aduo
cabit si prius te vocauit bona
intencione ne improbus sis ingeren
do te nimis ne impingaris i re
pellaris verecunde et ne longe sis
ab eo i a diuite nimis te elonga
do ne eas in obliuionem i si dominus
dederit sibi gratiam largiendi non
habeat de te memoriam Ne retine
neas ex equo loqui de pari sed
magis cum reuerencia loquere ne
credas multis verbis illius i si
multa tibi promittit Ex multa
enim loquela temptabit te vt
accipiat experimentum de tua sim
plicitate et subridens quasi ti
bi applaudens et omnia condonans
interrogabit te de absconditis
tuis i si aliquid de suo accepis
ti in abscondito Immitis i cru
delis animus illius conseruabit
verba tua ad capiendum te et non
parcet de malicia i pena tibi in
ferenda et de vinculis i carcerando
te propter quod subdit Caue tibi
de incauta locucione et attende
diligenter auditui tuo i auditis
ab eo ne precipitanter respondeas
contra te Quoniam cum subuersione
tua ambulas i in periculo tue
subuersionis Audiens vero illa
que dicuntur a diuite procaciore
tua imo dico quasi in sompnis
vide i simula te non intelligere
et vigilabis i in hoc vigilanter
et prudenter te habebis. In omni
vita tua Exclusa societate ma
lorum hic consequenter inducit ad consor
cium bonorum et diuiditur in tres partes
quia primo inducit ad coniungen
dum se bonis 2o ad retrahendum se
a malis ibi Omni communicabit
3o docet distinguere hos ab illis
ibi Cor hominis Circa primum sciendum
quod communicatio hominum ad inuicem
tunc est bona quando dependet ex
caritate diuina Ideo dicit In omni
vita tua dilige deum propter quem
proximus est diligendus et in
voca eum in salute tua i pro salute
tua temporali et eterna Quoniam proxi
mus est in deo diligendus sequitur
Omne animal diligit simile
sibi in specie Sic et omnis homo
proximum sibi simpliciter debet dili
gere quia factus est ad ymaginem
dei et capax beatitudinis sicut
ipse Omnis caro ad similem
sibi coniungetur volatilia enim eius
dem speciei simul cohabitant et sic